

- N. Apud Romanos quando eligebantur Consules, Tribuni & huiusmodi, illi qui se reputabant dignos, veniebant ad locum, ubi siebat electio in veste candida, & ex hoc Candidati dicti sunt, & petebant magistratum: & sic fecit Catō, licet minus instanter & ambitiosè quam alij *Ibidem*:
- O. De illo Catone dicit Sallustius: *Quo minus potebat gloriam, illum magis sequebatur. Augustin. ibid.*  
*Item, vide Ambitio. b. d. e. Emprio. a. Gloria. a. Humilitas. q. y. z. Inuentio. a. Mariinus. t. Mors. a. q.*

### H O R Ā.

- A. Vidam vir sanctus, dum esset in chorō, vidi diabolum quasi faccio pleno oneratum. Quæsiuit, quid portaret. Ille ait: Hæ sunt syllabæ, & dictiones syncopatæ, & versus psalmodiæ, quæ isti Clerici in matutinis furati sunt. Et quæ sunt, quale nomen habes? Et ait: Vocor Titinillus, ille autem fecit inde versum:  
*Fragmina psalmorum Titinillus colligit horum.*  
*Item, vide Augustinus. g.*

### H O S P I T A L I T A S.

- A. Intrare oppidum Massiliensium nulli cum telo licet, præstoque est, qui id custodiz gratia acceptum exituro reddat, ut hospitia, quemadmodum venientibus humana sunt, ita ipsis quoque tutæ sint. *Valer. Maximus libro secundo capite 2.*
- B. T. Quintius Crispinus Campanum Badium hospitio exceperat, & ægrum reerreauerat; a quo post Campanorum defectionem in acie ad pugnam prouocatus, cum & virtibus corporis & animi virtute aliquanto esset superior, monere ingratum, quam vincere maluit. Quid agis, inquit, demens? Vnus tibi Romanorum Quintius placet, in quo scelestæ exerceas arma: cuius penatibus & honoris vicissitudinem & salutem tuam debes? Utique cœlestè numen dedit debitum exitum. Siquidem in eo prælio Badius obtruncatus est, Quintius intigni pugna clatus eusæc. *Val. lib. 5. c. 1. T. Limius lib. 25.*
- C. Quotidie Gregorius peregrinos ad mensam suam inuitabat. inter quos die quadam unus adfuit, cuius manibus, dum ipse aquam fundere vellet, vrceum accepit, sed in cuius manibus aquam funderet, non inuenit. Cumque hoc mirare-